



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXXVIII. Revers des Domcapitels zu Magdeburg gegen den Bischof und das
Domcapitel zu Halberstadt, worin jenes sich verpflichtet, niemals
zuzulassen, daß die Grafschaft Seehausen nebst den Schlössern ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

LXXVII. Das Domcapitel zu Halberstadt genehmigt die vom Bischof Volrad an das Erzstift Magdeburg vorgenommene Veräußerung der Grafschaft Seehausen und der dazu gehörigen Güter, am 14. Juni 1257.

Hermannus, Dei gratia Prepositus, Wickerus Decanus totumque maioris Ecclesie in Halberstad Capitulum, omnibus presentem literam inspecturis Salutem in Christo. Notum esse volumus univrsis, quod emtionem et donationem, quam Dominus Hermannus Prepositus noster, Wickerus Decanus, Borchardus vicedominus et Cono de Diepholt confratres nostri, deputati a nobis, de Comitibus in Sehusen et honorum ad hanc pertinentium, secundum quod in privilegiis super hoc confectis plenius continetur, de omnium nostrorum voluntate et pleno Consensu fecerunt Domino et Venerabili Patri Rudolpho Archiepiscopo et Ecclesie Magdeburgensi, ratam per omnia habemus et gratam ipsamque in perpetuum inviolabiliter volumus observare. Hec recognoscimus et presentium tenore lucidissime protestamur. Et ne unquam dubium aliquod suboriri valeat super istis, presentem literam in memoriale perpetuum Sigilli nostri munimine iussimus consignari. Datum in Quedelingeberg anno gratie M. CC. LVII., XVIII. kal. Julii, Pontificatus Domini nostri Episcopi anno II.

Nach Olearii Magdeburgischem Copialbuche Mspt. Vol. II, p. 153. Abgedruckt in Scheidt Ann. und Zusätze S. 917. Walther Singularia Magd. III, 60. Boysser, hist. Magazin III, 22.

LXXVIII. Revers des Domcapitels zu Magdeburg gegen den Bischof und das Domcapitel zu Halberstadt, worin jenes sich verpflichtet, niemals zuzulassen, daß die Grafschaft Seehausen nebst den Schlössern Alvensleben und Hakenstädt, verlehren oder an Andere, als die Kirche zu Halberstadt, veräußert werde, auch sich anheischig macht, nach erfolgtem Frieden mit den Markgrafen, den Erzbischof zur Ausstellung eines gleichen Reverses zu bewegen, vom 14. Juni 1257.

Albertus, dei gracia maior prepositus, Ropertus decanus totumque Sancte Magdeburgensium ecclesie Capitulum omnibus presentel Litteral (inspecturis*) salutem in domino. Recognoscimus et Litteris presentibus protestamur, quod nos Comitiis in Sehusen cum tribus Castris Aluensleuen et Castro Hakenstede cum aliis bonis ibidem, que a venerabili patre Halberstadenfi episcopo et eiusdem Ecclesie Capitulo comparauimus, nunquam permittemus inphodari nec aliquo alienationis titulo alienari a nostra ecclesia. Et si, quod absit, noster Archiepiscopus uel aliquis suus successor alienare uel inphodare dictam presumeret Comitiis, nos sibi unanimiter opponemus et modis omnibus, quibus possumus, patenter resistemus eidem, nec unquam in alienacione siue inphodacione ipsius prebebimus consilium uel consensum. Si uero predicta Comitiis propter necessitatem et aliquam causam a nostra deberet alienari ecclesia, predictae Halberstadenfi ecclesie ipsam exhibere

*) Fehlt im Originale.

debemus et tunc pecuniam, quam pro eadem Comecia ipsi Ecclesie dedimus, et pro Castris superius nominatis, nobis restituet. Ut etiam hec a nobis nostrisque Successoribus nullatenus infringi valeant uel mutari, presentes Litteras Sigillo nostri Capituli, nec non Maioribus prepositi, Decani ac aliorum prelatorum nostre Ecclesie fecimus communiri. Nos uero Ropertus decanus, Wernerus vicedominus, Conradus de Sternberg, Henricus prepositus, Wernerus de Godenberg conscripta superius iurauimus et fide data promissimus Domino Halberstadenfi Episcopo, Maiori preposito, Decano, Vicedomino, Domino Cononi aliisque canonicis Halberstadenfis Ecclesie nomine nostri Capituli fideliter observare. Preterea si aliquem prelatorum nostre Ecclesie discedere (sic) contingeret, successor ipsius per appensionem sigilli sui eandem Litteram renouabit*). Si uero Dominus noster Archiepiscopus cum Marchionibus concordauerit, infra duos menses procurabimus postea, quod dominus noster Archiepiscopus siue Successor se seruaturum supra scripta Halberstadenfi Ecclesie per fideiussores et Litteras obligabitur. Datum Quidelingeburg, Anno domini M^o. CC^o. L. VII^o. XVIII, kal. Julii.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg.

LXXIX. Das Domcapitel zu Halberstadt ersucht den Papsit um Genehmigung der an das Erzbisthum Magdeburg vorgenommenen Veräußerung der Grafschaft Seehausen und der Schlösser zu Alvensleben und zu Hakenstädt, im Jahre 1257.

Sanctissimo Patri ac Domino suo, Sacrosancte Romane Sedis summo Pontifici, Preposito, Decanus totumque Halberstadenfis Ecclesie Capitulum cum debita reverentia pedum oscula beatorum. Notum facimus Sanctitati vestre, quod cum propter diversos et aduersos casus tanta super Ecclesiam nostram venissent opera debitorum, ut propter ipsa Ecclesiam nostram nimiam videremus sustinere iacturam, ne propter paupertatem et nimium rerum defectum in ipsa, Pontificalis Ecclesie nostre dignitas vilesceret, cum venerabili Patre ac Domino nostro Episcopo Halberstadenfi confedimus et collationem habuimus diligentem, qualiter et quomodo cum minori damno Ecclesie nostre debita solveremus. Tandem in eo Domini nostri Episcopi et nostrum reledit consilium, quod venerabili Patri Domino Archiepiscopo Magdeburgensi et Ecclesie sue vendidimus quandam iurisdictionem, que vocatur Comitatus in Sehusen, cum omnibus attinentiis suis plene et integre, sicut ipsam possedimus ab antiquo, quam ipsi una cum Domino nostro tradidimus et in possessionem misimus corporalem, promittentes una cum ipso, fide data ac privilegiis super hoc datis, quod venditionem et traditionem Comitatus memorate perpetuo seruabimus Ecclesie Magdeburgensi. Pro castris etiam tribus in Aluenseleue et uno**), quod Hakenstede vocatur, cum officio et

*) Dies ist indessen nicht geschehen. Es hängen an der Urkunde, außer den Stiftsiegeln, nur die Siegel der fünf oben benannten Capitularen.

**) Hier ist vermuthlich zu lesen: Porro castra etiam tria in Aluenseleue et unum.